

verum est q̄ scibile fm hoc quod est precedere videtur scientiam que est de ipso scibili. In paucis vero vel forte in nullis potest aliquis siml reperire scientiam cum scibili. dicitur in paucis propter subitantis separatas quia in illis siml inceperunt esse scibile et scientia. Secunda ratio quia a scibili ad scientiam non conuertitur consequentia. scibile em̄ sublatum auferit scientiam nam si scibile non est scientia non est eo q̄ nulla scientia est que non est de aliquo scibili. si vero e contra scientia non sit nihil prohibet scibile ee quia vt dicit Boetius multa sunt scibilia quorum scientie non sunt inuente. et exemplificat philosophus de quadratura circuli quod si scibile sit scientia tamen eius nodū est inuenta. Tercia ratio quia animalis siue hominis sublatio simul auferitur scientia. quia corruptis nob̄ corruptuntur ea que in nobis sunt tamen nihil prohibet nullo animalis existente multa scibilia esse ergo relinquatur q̄ scibile prius sit scientia.

Ieronimus dicit in epistola ad paulinum discimus in terris quorum scientia nobiscum peristeret in celo. ergo ad corruptionem hominis per mortem no sequitur corruptio scientie. Et confirmatur quia dupliciter corruptitur aliqua forma. vno modo per se quando corruptitur a suo contrario vt calidum a frigido. Alio modo per accidens scilicet per corruptionem subiecti sed intentioni intelligibili nihil est contrarium t̄ similiter subiectum scientie quod est intellectus est incorruptibile ergo scientia est incorruptibilis. Dicendum q̄ scientia potest capi dupliciter. vno modo quantum ad id quod habet et par te sensitiuum virium in quibus est actus intellectus materialiter et dispositiue et sic corruptur animali corrupto. Alio modo capitur quantum ad id quod habet in ipso intellectu et sic fm mentem doctoris sancti necessarium e q̄ scientia remaneat in anima separata vt probat argumentum hic pro confirmatione assumptum. Vel dicendum q̄ in anima separata manet scientia quo ad habitum sed quo ad modum sciendi et quantum ad cognitionis actum sic corruptur quia tunc non intelligit per discursum sicut nunc. quare dicit Agidius de roma q̄ anima separata non indiget logica quia illa est maxime discursiua. faceret tamen q̄ aliquo modo componit t̄ diuidit.

Similiter autem hijs se se habent t̄ ea que de sensu sunt. scibile em̄ prius q̄

sensus videtur esse. Nam scibile inter empirum simul perimit t̄ sensum: sensus vero scibile non simul perimit. sensus em̄ circa corpus t̄ in corpore est. scibile autem perempto peremptam est t̄ corpus scibile em̄ corpus est cū vero corpus no sit perimitur t̄ sensus. quae simul perimit scibile sensum: sensus vero scibile no simul perimit. animali ei perempto sensus quidem peremptus e. scibile vero erit vt corpus calidum: dulce amarum t̄ alia omnia quecuq̄ talia sunt. Amplius sensus quidem simul cum sensato sit siml em̄ animal fit et sensus. scibile vero ante est q̄ esset sensatum: ignis em̄ t̄ aqua t̄ alia huiusmodi ex quibus ipsum animal constat ante sunt q̄ animal sic omnino vel sensus. quare prius q̄ sensus scibile esse videtur.

Hic ponit secundam instantiam de sensu et scibili. Dicens q̄ similiter sicut se habent scibile t̄ scientia sic se habent scibile t̄ sensus q̄ scibile quod ad sensum refertur prius videtur esse q̄ sensus. Quod probat dupliciter: primo quia scibili corrupto corruptitur sensus. sensus autem interemptus scibile non simul interimitur cuius causa est quia sensus est circa corpus et in corpore cum ergo nullum e corpus scibile necessarium est q̄ nullus sit sensus perempto ergo scibili perimitur sensus. sed sensus non simul auferit scibile quia animali destructo destruitur sensus tamen adhuc multa remanent scibilia vt corpus calidum dulce t̄ amarum t̄ alia que sunt per qualitates scibiles disposita que omnia sunt scibilia. Secunda ratio. sensus simul fit cum sensato id est cum animali habente sensum sed scibile est prius sensato id est animali habente sensum quia ignis aqua t̄ alia elementa ex quibus fit animal per suas qualitates sunt scibilia t̄ sunt anteq̄ animal est ergo videt q̄ scibile sit anteq̄ sensus. et per consequens videtur q̄ non omnia relativa sunt simul natura.

Querit Quare Aristoteles mouet istas duas instantias et eas non soluit. Dicendum q̄ ideo quia verus concludunt neq̄ sunt illa relativa fm esse sed

instancia de
scibile et sensu

o. ii